



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

Bischof Hermann zu Camin bestätigt die von dem Bischof Wilhelm im Jahre 1248 dem Kloster Lehnin gemachte Schenkung des Zehenden von 250 Hufen in Beziehung auf 120 den Dörfern Jädikendorf und ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

terminis suis et dimidietate stagni, quod ville golitz et wachowe interjacet. Statuimus siquidem bona jam denominata, in nullo nostro vel nostrorum successorum juri subiacere, neque aduocacie, communi placito, expeditioni, urbano operi seu exactioni vel qualicumque seruicio; Sed prefati cenobii fratres ea libere possideant. Preterea Judices, aduocatos et bedellos nostros districte inhibemus, ne eos in huiusmodi inquietent, decernentes eciam eos et familiam ipsorum in omni dominio nostro a solutione thelonei fore exemptos. Vt autem hec nostra confirmacio stabilis permaneat, hiis testibus eam roboramus, Quorum nomina sunt: Ludolfus Magdeburgensis Archiepiscopus, Norbertus Brandenburgensis Episcopus, Theodericus Abbas de Sichein, Baldwinus Prepositus de Brandenburg, Salomon Prepositus de Jhericho, Borchardus sacerdos de Nidecim, Albertus Notarius, Borchardus Comes de Manfuelt, Badericus Comes de Dorenburc, Heinricus de Polchowe, Rodolfus dapifer, Henricus pincerna, Theodericus de Osterburc. Actum anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. V<sup>o</sup>., Indictione VIII<sup>a</sup>.

Aus einem im Geh. Staats-Archiv erhaltenen Transsumt des Bischofs Stephan vom 11. Mai 1443. — Es scheint die nämliche Urkunde zu sein, welche oben S. 189 No. XV nach einer unvollständigen Copie mitgetheilt worden.

Bischof Hermann zu Camin bestätigt die von dem Bischof Wilhelm im Jahre 1248 dem Kloster Lehnin gemachte Schenkung des Zehenden von 250 Hufen in Beziehung auf 120 den Dörfern Jädikendorf und Woltersdorf angehörige, im Besitz des Klosters Palitz befindliche Hufen, am 4. Mai 1270.

Hermannus, Dei gratia Caminensis ecclesie Episcopus, uniuersis in Christo fidelibus presentibus et futuris perpetuam in Domino salutem. Cum donationes precedentium facte in nichilum prodirent, nisi iusto et pacis ab subsequenti titulo possideantur, tam posteros quam presentes quoslibet Christi fideles scire cupimus, nos privilegium predecessoris nostri venerabilis patris ac Domini Wilhelmi, Caminensis ecclesie quondam episcopi, siueque conventus quadam super decima a fratribus ecclesie Leninensis recepisse in hec verba (No. XLIV). Cum igitur dicti fratres floreat privilegio muniti et ut memoria nostri apud ipsos sedulius habeatur, de donatione pretaxata fratrum Leninensium nos de auctoritate nostra et consensu capituli Leninensis, claustro in Palitz fratribusque ibidem Deo famulantibus, cum de gremio vnus sint ecclesie, decimam C et XX mansorum in villa Godeckensdorp et Woltdorp in supra nominato territorio jacentium confirmamus. Ut igitur hec nostra donatio perpetuis temporibus maneat inconvulsa et a nullo penitus irritanda, ipsam presenti scripto ac sigilli nostri munimine decreuimus communire. Testes autem hujus confirmationis sunt Johannes Decanus, Henricus Thesaurarius, Lambertus Scolasticus, Henricus Archidiaconus Stettinensis, Johannes prepositus in Gramzowe, Comes Henricus. Datum in Prinslaw, Anno Domini M. CC. LXX, III Nonas Maji, Dominica Jubilate, Pontificatus nostri anno XVII, die consecrationis ecclesie fratrum minorum loci ejusdem.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.